BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 144v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



crediderunt. Et omnes emulatores sunt legis. Audierunt autem
dete quia discessionem doceas amorsi. Eorum qui per
gentes sunt iudeos dicens non debere eos circumcidere
cidere filios suos. neque secundum consuetudinem in
gredi. Quid ergo est utique oportet conuenire mul
titudinem. audient enim te superuenisse. hoc ergo fac
quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum haben
tes super se. his adsumptis sanctificate cum illis. Et in
pende in illis ut radant capita. Et scient omnes quia
que dete audierunt falsa sunt. Sed ambulans et ipse
custodiens legem. De his autem qui crediderunt ex gentibus.
Nos scripsimus iudicantes ut abstineant se abidolis.
Immolato. et sanguine. et suffocato. et fornicatione.
Tunc paulus adsumptis uiris postera die purifica
tus cum illis intrauit intemplum. Adnuntians expletionem dierum
purificationis. donec offertur pro uno quoque eorum ob
latio. Dum autem septem dies consummarentur. hi quia ab
asia erant iudei cum uidissent eum intemplo. Con
citauerunt omnem populum. et iniecerunt in ei manus cla
mantes. Uiri israhelite adiuuate. hic est homo qui
aduersus populum et legem et locum hunc omnes ubique docens.
insuper et gentiles induxit intemplo. et uiolauit sanctum locum istum.
Uiderant enim trophimum ephesium in ciuitate cum ipso.
Quem estimauerunt quoniam intemplum introduxisset paulus.
Commotaque est ciuitas tota. et facta est concursio populi. Et
adprehendentes paulum trahebant eum extra templum. et
statim clause sunt ianue. Querentibus autem eum occidere.
Nuntiatum est tribuno cohortis. quia tota confunditur
hierusalem. Qui statim adsumptis militibus et centurio
nibus decucurrit ad illos. Qui cum uidissent tribunum
et milites. cessauerunt percutere paulum. Tunc accedens
tribunus adprehendit eum. et iussit alligari cathenis duabus.
et interrogabat quis esset et quid fecisset. Alii autem aliud
clamabant in turba. Et cum non posset certum cognoscere